Cúmque conuenirent qui alio signo vellent cudere, idem illud argentum elocauit. Præterea qui triremis aut rebus magistri aut ludis suppeditare impensas, aut in aliud istiusmodi munus publicũ sumtus fecere deberent, constituta summam mediocri, ex his iussit eum, qui illam pendere voluisset, inter perfunctos suo munere perscribi. Sacerdoti etiam Mineruæ, quæ in arce consecrata erit, præcepit de vnoquoque mortuo afferri hordei sextarios duos, & totidem tritici, & obolum vnum, id est, duos asses, ac tantundem ab iis qui sobole essent aucti. ¶ Athenienses, qui inhabitarent Potideam, indigentes pecunia ad bellum, iusserunt profiteri cunctos, censum bonorum non simul vniuersorum in tribu sua singulos, sed ita, vt quoque loco quicque possideretur, vt pauperes æstimationem subiicere possent. Si quis verò prorsus nihil possideret, eius capitis æstimatio erat minarum duarum. Hinc igitur tributum quod exigebatur, à singulis integrum conferebatur.

¶ Antissæus, cùm pecuniæ inopia premeretur ciuitas ipsius, & morem haberent, vt Dionysia seu Bacchanalia splendidè celebrarent, (quibus magnos sumtus faciebant de totius anni apparatu, cùm in alia, tum victimas preciosas) quòd ille festus dies tunc istaret, persuasit eis vt votum nuncuparent, se proximo anno redditurus Libero duplicia: & quæ parata habebant vt venderent vniuersa simul. Atque ita pecuniæ non modicæ ad præsentem ipsis vsum collectæ fuerũt. ¶ Lampsaceni cùm aduentus expectaretur triremium multarum, & venirent polentæ sex modij, denariis quatuor, iusserunt in foro versantes vẽdere eos sex denariis: Et ad olei cõgium, qui veniret denariis quatuor, adiicere tres obolos, seu asses sex. Idémque facere de vino & cæteris. Priuati igitur precium accipiebant antiquum, quod autem superabat, id ciuitas retinens, copiam ita pecuniarum cõparauit. ¶ Heracleotæ, cùm naues ablegarent quadraginta aduersus tyrannos in Bosporo, neque pecunia abundarent, coemerunt de negotiatoribus & frumentum & oleum, & vinum, & res alias venales vniuersas. Atque constituto tempore quo precium persolueretur, & opportunum erat negotiatoribus, non ad heminam merces distrahi, sed venire simul vniuersas, & ipsi cùm persoluerent per opportunitatem, non stipendia deuehebant, sed res venales in onerariis nauibus, & vnum quæstorem

A σωτελδόντων ᾗ ὅτι τῇ κόψαι ἕτερον χαρακτῆρα, ἐξέδωκε τὸ αὐτὸ ἀργύριον. ὅστε τε περιφαρχεῖν, ἢ φυλαρχεῖν, ἢ χορηγεῖν, ἢ τινα εἰς ἑτέραν λειτουργίαν τοιαύτην ἤμελλον δαπανᾶν, τίμημα τάξας μέτριον, ἐκέλευσε τὸν βουλόμενον, ἀποτίσαντα τοῦτο, ἐγγράφεσθαι εἰς τοὺς λειτουργικότας. τῇ τε ἱερείᾳ τῇ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς ἐν ἀκροπόλει ὑπὲρ τοῦ ἀποθανόντος, φέρειν κρίνινα κριθῶν, καὶ πυροῦ ἑτέραν, καὶ ὀβολόν· καὶ ὅτῳ ἂν πλείονες γένωνται, τὸ αὐτὸ τοῦτο.

B ¶ Ἀθηναῖοι ᾗ οἱ ἐν Ποτιδαίᾳ οἰκοῦντες, δεόμενοι χρημάτων εἰς τὸ πόλεμον, ἀπογράψασθαι ἅπασι συνέταξαν τὰς οὐσίας, μὴ ἀθρόας εἰς τὸν αὐτῶν δῆμον ἕκαστον, ἀλλὰ κατὰ κτῆμα ἐν ᾧ τόπῳ ἕκαστον εἴη· ἵνα οἱ πένητες δυνώνται ὑποτιμᾶσθαι. ὅτῳ ᾗ μὴ ἦν κτῆμα μηδὲν, τὸ σῶμα δημόσιον τιμᾶσθαι. ἀπὸ τούτων οὖν εἰς ἔφερεν τὸ ὑπηραφὲν ἕκαστος σῶον τῇ πόλει. ¶ Ἀντισσαῖος ᾗ, δεηθείσης τῆς πόλεως χρημάτων, εἰθισμένων λαμπρῶς ἄγειν Διονύσια, ἐν οἷς δῆλά τε πολλὰ ἀνήλισκον ἐξ ἐνιαυτοῦ παρασκευάζοντες, καὶ ἱερεῖα πολυτελῆ· ἀναγγύου δὲ οὔσης ταύτης τῆς ἑορτῆς, ἔπεισεν αὐτοὺς τῷ μὲν Διονύσῳ δοῦναι ἐς νέωτα ἀποδώσειν διπλάσια, ταῦτα δὲ συναγαγόντας ἀποδόναι. συνέλεγν οὖν αὐτοὶ χρήματα ἐκ ὀλίγα πρὸς τὴν χρείαν. ¶ Λαμψακηνοὶ δὲ, πρεσβευόντων οὐσῶν τριήρων πολλῶν πρὸς αὐτοὺς, ὄντος μεδίμνου ἀλφίτων τετρακόσιον χρυσοῦ τάξαν τῆς ἀγορείας πωλεῖν ἑξακόσιον· καὶ τοῦ ἐλαίου τὸν χοᾶ ὄντα δεκαχαλκοῦ τε πάρεν καὶ τριωβόλου· τοῦ τε οἴνου καὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως. τὴν μὲν οὖν ἀρχαίαν τιμὴν ἐλάμβανεν ὁ ἰδιώτης, τὸ ᾗ πλέον ἡ πόλις, καὶ ἐπόρισε χρημάτων.

C ¶ Ἡρακλεῶται, πέμποντες ναῦς τεσσαράκοντα ὅτι τοῦ ἐν Βοσπόρῳ τυράννοις, ἐκ ἐπορεύοντο χρημάτων, παρὰ τοῦ ἐμπόρων συνηγόρασαν τόν τε σῖτον πυρὸν καὶ τὸ ἔλαιον καὶ τὸν οἶνον, καὶ τὴν ἄλλην ἀγοράν. χρόνου ᾗ ἱσταμένου ἐν ᾧ ἔμελλον ἀποδώσειν τὴν τιμὴν, τοῖς τε δὲ ἐμπόροις καλῶς εἶχε μὴ κοτυλίζειν, ἀλλ' ἀθρόα τὰ φορτία πωλεῖν· ἐκεῖνοί τε, διδόντες δὲ ἀλλήλοις, οὐ μισθὸν παρῆγον, ἀλλὰ τὴν ἀγορὰν ἐν ὁλκάσι, καὶ ἀθρόα τιμὴν ἐπίστευον ἐφ' ἑ-